Es de la Libreria del Rl. Collegio de la Compa. de Jhs de Salamanca

1ª
4090

SANCTI EPHRAEM SYRI OPERA OMNIA

IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

Num. 2. cax. 3. num. 12.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA



Hæc Veneranda Syri facies mirabilis Ephræm.
Ast animi effigiem scripta diserta docent.

BIBLIOTECA · SALAMANCA

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ
ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

SANCTI PATRIS NOSTRI
EPHRAEM SYRI
OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT
Græce, Syriace, Latine,

IN SEX TOMOS DISTRIBUTA

Ad MSS. Codices Vaticanos alioſque caſtigata, multis aucta,

Nova interpretatione, Præfationibus, Notis, variantibus Lectionibus illuſtrata:

NUNC PRIMUM

Sub Auſpiciis Sanctiſſimi Patris

CLEMENTIS XII.
PONTIFICIS MAXIMI
E Bibliotheca Vaticana prodeunt.

TOMUS PRIMUS

GRÆCE, ET LATINE.

ROMÆ

EX TYPOGRAPHIA VATICANA

Apud JOANNEM MARIAM HENRICUM SALVIONI

cIↃ IↃ cc XXXII.

SUPERIORUM FACULTATE.

Sanctiſſimo Domino Noſtro

CLEMENTI PAPÆ XII.

ANGELUS MARIA TITULI SANCTI MARCI
PRESBYTER CARDINALIS QUIRINUS
Epiſcopus Brixienſis, & Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius.

QUAM SANCTITAS VESTRA, dum me Romanæ Sedis Bibliothecarii munere auxit, expectationem mei ſibi feciſſe faſſa eſt Apoſtolicis literis ad me datis die xxvi. Maji anni proxime elapſi, ut nimirum ex Præfectura operaque mea ſacrorum ſtudiorum utilitas, ac Vaticanæ Bi-

PROLEGOMENA
IN PRIMUM TOMUM OPERUM GRÆCORUM
SANCTI EPHRAEM SYRI.

QUum Prolegomena in hunc primum Operum Græco-Latinorum Sancti Patris Ephræm Syri Tomum animo deſtinavimus, ea pariter mens nobis fuit, ut quæcumque ad hoc argumentum conducere viſa ſunt, brevi verborum complexu decem hiſce Capitibus exhiberemus.

Primo igitur de iis agemus, qui res geſtas Sancti Doctoris ſcriptis tradidere, vel ejus encomium, aut lucubrationum mentionem ſive catalogum texuere.

II. De Latinis antiquis verſionibus e Græco elaboratis, tum manu exaratis, tum impreſſis.

III. De editione Ambroſii Camaldulenſis.

IV. De editione Zini Canonici Veronenſis.

V. De editionibus Julii Clementis, Aloyſii Lipomani, Laurentii Surii, Bollandianorum Sociorum, Claudii Chantelou, Franciſci Combefiſii, & Balthaſaris Corderii.

VI. De editionibus e Syriaco Latinis Guidonis Fabricii Boderiani, Gerardi Voſſii, Joannis Card. Bonæ, & Abrahami Ecchellenſis.

VII. De Latina editione Gerardi Voſſii.

VIII. De editionibus Græco-Latinis Jacobi Gretſeri, Bollandianorum Sociorum, Joannis Baptiſtæ Coteleri, Balthaſaris Corderii, & Patricii Junii.

IX. De Græca editione Oxonienſi.

X. De Græcis manuſcriptis, quæ extant in Bibliothecis.

CAPUT I.
De Græcis & Latinis Vitæ Sancti Ephræm Syri Scriptoribus:
Deque iis, qui ejuſdem encomium, aut lucubrationum mentionem ſive catalogum texuere.

RES geſtas Sancti Ephræmi Syri, ex antiquis quidem ſcripſere, I. S. *Gregorius Nyſſenus in Encomio*, Pariſiis 1615. pag. 1027. II. *Simeon Metaphraſtes*, apud Lipomanum & Surium die 1. Februarii. III. *Anonymus* in utraque Vita, fuſiore ſcilicet, ac breviore, apud Voſſium Tom. 1. pag. XIII. & in Cod. Græco ms. Vaticano 439. pag. 1. IV. *Amphilochius*, ſeu quiſquis eſt auctor *Vitæ Sancti Baſilii Magni*, Pariſiis 1644. pag. 202. V. *Palladius in Hiſtoria Lauſiaca*, ex Cod. Græco Palatino Vaticano 41. pag. 149. & in Vitis Patrum per Roſweidum Antuerpiæ 1615. VI. *Collector Apophthegmatum Patrum*, apud Coteleriũ in Eccleſiæ Græcæ Monumentis Tom. 1. pag. 431. Pariſiis 1677. VII. *Sozomenus in hiſtoria Eccleſiaſtica* lib. 3. cap. 16. Moguntiæ 1678. p. 525. & lib. 3. cap. 14. pag 520. VIII. *Theodoritus in Hiſt. Eccleſ.* lib. 2. cap. 30. & lib. 4. cap. 29. Moguntiæ 1679. pag. 118. & 192. IX. *Nicephorus Calliſti Xanthopulus* lib. 9. cap. 14. & 16. Pariſiis 1630. X. *Menologium utrumque Græcorum*, commune ſcilicet edit. Venetiis 1612. & Baſilianum Urbini 1727. ad diem 28. Januarii. XI. *Martyrologium Romanum* die 1. Febr. 16. Martii, & 9. Junii. XII. *Ephræm* ipſe in ſuis ſcriptis, ac præſertim in *Confeſſione*, quæ incipit, *Cum in multis, fratres dilectiſſimi, prodeſſe vobis videar*: & in *Teſtamento*, cujus initium, *Ego Ephræm morior*, apud Voſſium Tom. 3. pag. 99. & 289.

Ex recentioribus vero, alii in Hiſtoria Eccleſiaſtica ſeu Annalibus præclara quædam illius facta perſecuti ſunt, ut *Baronius, Bzovius, Pagius, Calviſius, Baſnagius &c.* Alii in Lexicis hiſtoricis honorificam ejus mentionem faciunt, ut *Morerius, & Hofmanus*. Alii denique ſingularem de ipſo Tractatum inſtituerunt ſive inter Scriptores Eccleſiaſticos, ſive inter Sanctorum Vitas a ſe collectas, ſeu in Præfationibus ad ejus opera in publicam lucem Latine edita: cujuſmodi ſunt antiqui recentioreſque auctores, I. S. *Hieronymus* cap. 115. de viris illuſtribus. II. *Gennadius* de Script. Eccleſ. cap. 3. 66. & 74. III. *Honorius* ex S. Hieronymo cap. 116. & ex Gennadio cap. 3. 65. & 73. IV. *Vincentius Bellovacenſis* in Speculo Hiſtoriali lib. 14. cap. 87. quem S. *Antoninus* Chronicorum Par. 2. Tit. 10. cap. 4. exſcripſit. V. *Joannes Trithemius* Abbas Spanheimenſis de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Coloniæ an. 1531. VI. *Sixtus Senenſis* in Bibliotheca Sancta lib. 4. pag. 423. Venet. 1575. VII. *Ambroſius Camaldulenſis* in Epiſtola ad Coſmum Medicem, Florentiæ 1580. pag. 1. VIII. *Conradus Geſnerus, & Joannes Jacobus Friſius* in Biblioth. Univerſali, Tiguri 1545. pag. 220. & 1583. pag. 235. IX. *Centuriatores Magdeburgenſes* Centuria 4. cap. 10. Baſileæ 1560. XI. *Petrus Franciſcus* Zinus Canonicus Veronenſis in Epiſtolis ad Hieronymum Triviſanum, & ad Auguſtinum Valerium Veronæ Epiſcopos, Venet. 1574. XII. *Aloyſius Lipomanus* in Vitis Sanctorum, Tom. 8. Romæ 1560. XII. *Simeon ex Capua Camaldulenſis*, in agro Patavino 1585. XIII. *Gerardus Voſſius* in Præfationibus & Notis ad tres Tomos Operum Sancti Ephræm, Romæ 1589. 93. & 98. XIV. *Robertus Cardinalis Bellarminus, & Philippus Labbeus* in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, Pariſ. 1660. XV. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro, Venet. 1606. pag. 439. XVI. *Gerardus Joannes Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. 2. cap. 18. Amſtelodami 1699. Tom. 4. pag. 134. XVII. *Aubertus*

DE REBUS GESTIS *SCRIPTISQUE* SANCTI EPHRAEM SYRI

Græcorum Latinorumque veterum Teſtimonia.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΥΣΣΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΣΙΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΝ ΣΥΡΟΝ.

Edit. Pariſ. MDCXV. pag. 1027.

A ΚΙΝΕΙ με πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἡ ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις παραβολή, ἡ τοῦ λύχνου μυσταγωγία, καὶ τὴν γλῶτταν κημῷ τῆς ἀφωνίας λύειν ἐκέλευσαι, καὶ τὰς ὁδοὺς τῶν νοημάτων, ὡς ἱπποπλατεῖς τρίβους συνομαλίζει, καὶ τὸ τοῦ λόγου πολυειδέστατον ἅρμα ἐπὶ B λεωφόρου τρέχειν ὁδοῦ ἑτοιμάζεται, ὧδέ πη διαπρυσίως βοῶσα· οὐ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ. Καὶ τὸ ἐκ τούτου ἐν βάθει κείμενον, ἐπάγει λέγουσα· Οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν. Οὐκ ἀνυπαίτιον γοῦν ἐγκαλύπτεσθαι, καὶ δειλιᾶν, ἐν οἷς αὐτὸς ὁ δεσπότης C θαρρεῖν παρηγγύασεν· ὃς οἱονεὶ φαιδρὰν καὶ τῆς ἡλιακῆς λαμπροτέραν ἀνάψας λαμπάδα, τὴν τοῦ προκειμένου θείου πατρὸς ἡμῶν εἰς διήγησιν πολιτείαν· οὐχ ὑπὸ τὸν τῆς σιγῆς κατακρύπτεσθαι ταύτην βούλεται μόδιον· ἀλλ᾽ ἄνω προκεῖσθαι ἐπὶ αὐτῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς κορυφῆς, ὥστε φαίνειν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ κοσμικῇ περιστρεφομένοις οἰκίᾳ· ἐκ ταύτης τε τοὺς ὁρῶντας, δοξάζειν τὸν πατέρα τὸν D ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Οὐκ ἄρα τὸν πατρικὸν εὐλαβητέον ἐκεῖνον δεσμόν, ὅτι δεσποτικὸς πατεῖται θεσμός· ἀνάγκη γὰρ ἐκεῖθεν τῶν ἐπαίνων λαβεῖν τὰς ἀρχάς, κἂν ἡ τῶν προλήψεις τῷ θέσει κανόνι τῶν ἐγκωμίων ἀφέστηκε· ἐπειδήπερ τῷ καλῶς διακρίνειν εἰδότι τὰ πράγματα, ὁ δεσμὸς ἐκεῖνος ἁπλῶς, ὑπείργει ἐγκωμίοις καταστρέφειν τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν

SANCTI GREGORII NYSSENI EPISCOPI ENCOMIUM IN S. PATREM NOSTRUM EPHRAEM SYRUM.

A RECONDITA in divinis Evangeliis ſimilitudo, me ad propoſitum dicendi argumentum ſerio cohortatur, linguamque ſilentii fræno conſtrictam ſolvit, ac cogitationum ſemitas velut ſpatioſos quoſ- B dam campos exæquat atque adornat, curruque orationis ad iter aggrediendum promtum reddit & expeditum, dum clara voce hiſce quodammodo exclamat verbis: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Quid vero ex iis intelligendum ſit, ſubjungit dicens: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus: ut videant opera veſtra bona.* Nunquid igitur reprehen- C dendi merito erimus, ſi negligentes atque ignavi ſilentio involverimus illud, in quo celebrando magnos ſumere animos ipſe mandavit Dominus? Cum enim ſancti hujus Patris vitam tamquam illuſtrem, ac ſole ſplendidiorem facem orbi accenderit, exponendamque nobis propoſuerit; non fert, ut illam ſilentio prætereuntes, ſub modio occultemus: verum in ſublimi potius Eccleſiæ vertice reponamus, ut cunctis eluceat, qui in hac totius orbis ter- D rarum verſantur domo; & qui ex illa lumen acceperint, cœleſtem Patrem glorificent, atque collaudent.

Matth. 5. Luc. 8.

Quamobrem non ſic paternum illius metuendum eſt vinculum, ut ipſius Domini mandatum ſpernatur: quin etiam ipſius laudationis initium inde capiendum fuit, tametſi in extremam orationis partem nos iſtud rejecerimus. Rem enim ipſam recte reſpicienti, illud haud prorſus videatur vinculum, quod humanam glo-

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΚΙΩΝ ΛΟΓΟΣ.

A ΜΑΚΑΡΙΖΩ τὴν ὑμῶν ζωὴν, ὦ φιλόχριστοι, ὅτι εὐπαρρησίαστός ἐστι· καὶ ταλανίζω τὸν ἐμὸν βίον, ὅτι ἄχρηστος ὑπάρχει. Μακαρίζω ὑμᾶς, ὦ γνήσιοι, ὅτι ὀρθῇ πολιτείᾳ φίλους ἑαυτοὺς ἐποιήσατε τῷ Θεῷ καὶ τοῖς Ἀγγέλοις. Τίς δὲ περὶ
B ἐμοῦ πενθήσει, ὅτι παρώξυνα αὐτὸν διὰ τῶν ἔργων μου τῶν ματαίων; Μακάριοί ἐστε ὑμεῖς, οἱ κληρονομοῦντες τὸν παράδεισον διὰ τῆς ἁγνῆς ὑμῶν ἀναστροφῆς, καὶ τῆς ἀγάπης ὑμῶν τῆς ἀμέτρου. Θαυμάζω γὰρ ὑμᾶς, πῶς οὐκ ὠκνήσατε τοσαύτης ὁδοῦ διανύσαι διάστημα διὰ λυσιτέλειαν ψυχῆς. τὸ δὲ θαυμαστότερον, ὅτι πρὸς εὐτελῆ καὶ κατακεχωσμένον ταῖς ἁμαρτίαις ἤλθετε, παρ' αὐτοῦ
C αἰτοῦντες τὸν τῆς ὠφελείας λόγον. Θαῦμα ἀληθῶς, πῶς οἱ κεκορεσμένοι πρὸς τὸν λιμῷ τηκόμενον ἤλθετε· πῶς οἱ τῆς δρόσου τῆς πνευματικῆς μετέχοντες, πρὸς τὸν ξηραινόμενον τῇ δίψῃ ἤλθετε· πῶς οἱ τὸ γλυκὺ τῶν ἀρετῶν ἔχοντες, πρὸς τὸν πεπικραμμένον ταῖς ἁμαρτίαις· πῶς οἱ πλούσιοι, πρὸς τὸν πένητα· πῶς οἱ σοφοὶ, πρὸς τὸν ἰδιώτην· πῶς οἱ καθαροὶ, πρὸς τὸν ῥυπαίνοντα· πῶς
D οἱ ὑγιαίνοντες, πρὸς τὸν ἀσθενοῦντα τῇ συνειδήσει· πῶς οἱ εὐαρεστοῦντες, πρὸς τὸν παροξύνοντα· πῶς οἱ ἐλεύθεροι, πρὸς τὸν αἰχμάλωτον· πῶς οἱ ἐπιμελεῖς, πρὸς τὸν ἀμελῆ. Αὐτοὶ γὰρ θαυμάσιοι ὑπάρχετε ταῖς ἀρεταῖς· ἐγὼ δὲ ἄφρων τυγχάνων πλη-

SANCTI PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI

SERMO

De Virtutibus, et Vitiis.

A VITAM veſtram beatam prædico, o Fratres Chriſto Dilecti, quoniam ingenua & frugi eſt: meam autem miſeram reputo, quia inutilis. Vos ego beatos prædico, o cariſſimi, quos re-
B cta vivendi ratio Deo & Angelis amicos effecit. Vicem autem meam quis digne lugere poterit, qui inanibus operibus meis Deum exacerbavi? Vos felices eſtis, qui pura & ſancta veſtra converſatione, caritateque immenſa hæreditatem paradiſi acquiritis. Vos enim ſuſpicio, qui tam longi itineris laborem non detrectaſtis, cauſa ſalutis atque utilitatis animæ veſtræ. Sed & hoc magis mihi admirationi eſt, quod
C ad hominem vilem & peccatorem convene-ritis, ab eo ſermonem petentes ſalutarem. Res profecto mira, eos, qui ſaturati ſunt, ad fame tabeſcentem accedere; qui rore ſpiritali pleni ſunt, ad ſiti areſcentem venire; qui virtutum dulcedinem deguſtarunt, in amaritudine peccatorum verſantem adire. Quid eſt, quod divites ad pauperem? Quomodo ſapientes ad rudem & imperitum? Quomodo mundi ad immundum? Quomo-
D do ſani ad eum, qui ex conſcientia laborat? Cur qui Deo ſunt cari, ad eum qui ad iracundiam illum provocat? Cur liberi ad captivum? Cur diligentes ad negligentem veniſtis? Vos enim virtutum ſplendore admirabiles eſtis: ego vero inſipiens atque men-

REGESTUM.

*. †. ††. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. u. x. y. z. aa. bb. cc.
A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. Aa. Bb.
Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh. Ii. Kk. Ll. Mm. Nn. Oo. Pp. Qq. Rr. Ss. Tt. Vu. Xx.

*Omnes ſunt Duerniones, præter * Quinternionem, & ††. Ternionem, & cc. unius folii.*

ROMAE
EX TYPOGRAPHIA VATICANA
APUD JOANNEM MARIAM HENRICUM SALVIONI
CIƆ IƆ CC XXXII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA